

habere, vel esse capax ad deliberandum, & iudicandum circa unam materiam, & non circa aliam?

Negat Victoria, affirmat Bannez in 2. 2. q. 10. art. 1. Dub. 2. Conciliari tamen possunt, dicendo: quod licet non quilibet sit capax iudicare, & deliberare per seipsum, quid sit licitum, quidve illicitum in omni materia morali; capax tamen est dubitare, inquirere, & consultare: quod est habere usum rationis: circa omnem materiam, esse non perfectum, imperfectum saltem. In quocumque enim adest fynderesis, generalia principia moralitatis proponens, ex quibus de conclusionibus particularibus saltem dubitare potest.

S. IV.

An possit quis peccare Venialiter, prius quam peccet Mortaliter?

XXIX. Quæres quarto: Possit ne aliquis habere usum rationis sufficientem ad peccandum venialiter; qui tamen non habet ad peccandum mortaliter?

Resolutionem hujus quaestioni necessariam exillimo ad præsentem materiam. Dicunt enim aliqui, quod cum ratio in homine non expeditur subito, sed successive, & paulatim ligamina eius solvantur; & prius perveniat ad usum imperfectum, simplicem, quam ad plenum, & perfectum: cumque imperfecta, & semiplena deliberatio sufficiat ad peccandum venialiter, ut patet in motibus concupiscentiæ secundum primis, ex supra dictis; sequitur, quod puer ante primum instantis moralem usum rationis, in quo habet plenum ac perfectum usum, seu plenum rationis & libertatis usum, possit habere motus aliquos non plene deliberatos, & in illis peccare venialiter.

Et hoc confirmare contendunt: Quia doctrina indubitata est apud Theologos, quod delectatio de aliquo mortaliter illicito, si contingat inter somnum, & vigiliam, ob imperfectum usum rationis, & libertatis est peccatum solum veniale: quod docet quoque D. Thom. in 4. dist. 9. qu. 1. art. 4. de completencia pollutionis habitus in somno, si, dum homo evigilat, contingat ex subreptione. Et constat in ebrietate, & amantia: dum quandoque sic usum rationis tollunt, ut relinquunt usum aliquem imperfectum, ad peccandum venialiter sufficientem; ergo similiter cum puer paulo ante, quam perveniat ad usum rationis perfectum, sit quasi inter somnum, & vigiliam libertatis, & velut in crepusculo usum rationis non dum perfectum usum, & rationem libertatis attingat; poterit tunc peccare venialiter, licet, defectu plene ac perfecte libertatis, non possit peccare mortaliter.

XXX. Respondeo tamen pro illo medio tempore, quo nondum plena ratio utens potest peccare solum venialiter, & de facto peccare; si, ut possit, moretur cum illo solo veniali, & originali, non esset locus, quo mitteretur post mortem: non quidem ad Limbum, ubi homines puniuntur pro originali, ubi non est poena sensus, que tamen peccato veniali debetur: nec ad Infernum, quo detruduntur homines, ob solum peccatum mortale; ergo non esset locus Sec. Unde Concilium Florentinum Sess. ultima in Decreto unionis sanxerunt: Illorum animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in Infernum descendere, parvis tamen disparibus puniendos.

XXXI. Verum huic rationi non multum fido; quia nec multum ei fides S. Thom. Eito enim eam asserat hoc art. 6. in arg. Sed contra; non tanti ponderis esse, quin ei responderi possit, demonstrat in 2. dist. 42. qu. 1. art. 5. ad 7. ubi ait: Si anima peccator per impossibile (quod quis decedat cum solo originali, & veniali) tunc talis puniretur poena sensibilis in Inferno, & poena illa erit æterna: sed hoc accidit veniali, in quantum est sine gratia. Et Qu. 5. de Malo art. 2. ad 8. Si tamen (inquit) esset possibile, quod aliqui cum peccato originali, & veniali decederet; dico, quod puniretur poena sensus æterna. Æternitas enim poena, ut dictum est, concomitatur carnis gratia, ex qua procedit æternitas culpa. Ex inde est, quod peccatum veniale in eo, qui recedit cum mortali, quin nunquam veniretur, æterna poena puniretur propter gratia carnis. Et similitudo ratio esset, si quis decederet cum originali, & veniali peccato. Idem dicit Qu. 24. de Veris. art. 10. ad 3. & alibi.

XXXII. Aliam quoque rationem amplector, qua idem S. Th. utitur hoc art. 6. Qu. 5. de Malo art. 7. ad 8. & in 2. dist. 42. qu. 1. art. 5. ad 7. his verbis: Si enim aliquid est sufficienter ad excusandum peccatum mortale, multo amplius sufficit ad excusandum peccatum veniale. Quod si idem est, quod idem est, ut quæritur, non habetur, & etiam alium faciat, qui ex genere peccatum mortale fit, unde multo amplius excusat infantiam, ne peccatum veniale imputetur. Qui dicitur sic explicatur: ut aliquis peccare possit, debet posse discernere inter honestum, & inhonestum, seu inter bonum, & malum morale: qui autem sic potest discernere, ut cognoscat parvum malum morale, multo magis poterit cognoscere magnum malum morale: ut, qui cognoscit, quod leviter mentiri, quod pauca furari, sit malum; multo magis cognoscat, malum esse pejorare, & furari multa; quam longe facilius sit, hæc, quam illa cognoscere; ergo qui, propter defectum facultatis utendi ratione, excusatur, ne illa majora cognoscat, atque adeo ne peccet mortaliter, si ea faciat; multo magis excusatur, ne prædicta minoraverit, ac par consequens ne peccet venialiter, ea faciendo.

XXXIII. Nec rationem hæc infirmam ea, que superius allata sunt. Quando enim aliquis peccat venialiter, propter im-

perfectum usum rationis, ut in exemplis allatis, etiam si non perfecte in exercitio utatur ratione, est tamen in statu perfecto, & facultatem habet ea utendi. Unde quæ, quare motus subiti, vel subreptivi sunt veniales, non est, quia is, qui illos habet, non potest perfecte deliberare; sed quia cum aliunde possit, tunc non potest perfecte deliberare. Neque hinc inferas, quod cum possit perfecte uti ratione, non excusabitur a mortali, si solum imperfecte ea utatur. Nam est potest perfecte ratione uti, spectata facultate, qua pollet; nihilominus ex causa voluntaria, sed causa naturali; nimirum, vel animi infirmitate, vel phantasia, vel passione rationem præveniente: ideoque excusatur a gravi culpa.

In causa autem nostra, cum puer, ante primum instantis moralem, & completum usum rationis, absolute caret tali facultate, est forte aliquem usum imperfectum, & inchoatum libertatis, & rationis habere possit; incapax tamen est peccandi etiam venialiter; & libertas illa erit potius physica, quam moralis: quia non supponit cognitionem consonantiam, vel dissonantiam ad legem, nec dominium cum indifferencia super singulos motus. De quo videri potest Cajetanum ad hunc art. 6. S. ad Objectionem.

XXXIV. Ex quo patet ad confirmationem, & discrimen inter puerum, ante primum instantis moralem usum rationis; & hominem, inter somnum, ac vigiliam, seu in ebrietate, vel amantia constitutum. Iste enim in habitu habet facultatem plene deliberandi, licet non plene, ac perfecte expeditam, sed aliquid impeditam, ne actu deliberet; ille vero nec in actu, nec in habitu illam habet: unde licet ille sit capax peccandi venialiter, non tamen iste.

XXXV. Sed dices. Cum inter initium illius primi instantis moralem, & consummationem decurrat aliquod tempus; cur non poterit puer eo medio tempore, quo loqui verbum otiosum, aut leve mendacium; & sic venialiter peccare, antequam implet, vel frangat præceptum de convertendi ad Deum?

XXXVI. Respondeo, non posse. Nam si pro eo tempore medio nondum potest cognoscere minus malum, nempe malum esse leviter mentiri, aut verbum otiosum proferre: dato autem, quod pro eo tempore, quo debet deliberare de sua conversione ad Deum, voluntarie cam retardare, vel levibus mendaciis, vel verbis otiosis; peccaret non venialiter, sed mortaliter. Quia, ut ait Cajetanus. Quomodo non tenentur ante terminum deliberationis eligere, tamen tamen, ante terminum nullum impedimentum opponere charitati; & propter appropinquat, peccat mortaliter ante terminum, seu deliberationem æternam non dante ante instantis; quod terminat deliberationem, peccat capitaliter.

XXXVII. Superest hic duo examinanda. Unum: an peccans mortaliter constituit ultimum finem in creatura, Alterum: an peccatum mortale sit in genere officii gravitatis simpliciter infinite. Sed quæ primum tractavimus superius Qu. 1. de Ultimo fine Dub. 6. S. 4. secundum vero agitabitur, si Deus, dederit, in Tract. de Incarnat. ad Dubium: An pura creatura poterit satisficere ad æquivalentem pro officio mortali: propterea ea omittimus; ac præsentem Quaestioni finem imponimus.

QUESTIO IV.

De Comparatione Peccatorum ad invicem.

POST divisa in suas species, seu potius genera, peccata, ad amplius ordinem ad ea invicem comparanda progredietur; nimirum: an sint invicem connexa: an omnia in gravitate paria: an sunt inæqualitatem: & alia; quæ D. Thom. hæc 1. 2. qu. 73. tractat.

DUBIUM I.

An omnia Peccata sint Connexa?

S. I.

Resolutio negativæ.

Hic quaestio occasionem dederunt ea, que superius ultimis, virtutes esse invicem connexas: unde oritur dubitandum: an idem dicendum sit de peccatis.

Dico tamen, Peccata non sunt inter se connexa. Colligitur primo, ex illo 3. Reg. 15. ver. 5. ubi dicitur, quod David non declinavit ab omnibus; quæ præceperat ei Dominus, exceptis Jeronne Uriæ, id est, homicidio, & adulterio, quod commisit, cognoscendo Bersabeam; & occidendo virum eius virum. Unde S. Jacobus cap. 2. ver. 11. dicit: Quod si non machaberis: occides autem, factus es transgressor legis. Supponit ergo, posse aliquem esse homicidam, & non esse machum.

II. Probat D. Thom. hæc qu. 73. art. 2. in argum. sed contra, sic: quædam vitia sunt sibi invicem contraria (ex Phil. 2. Etbic. cap. 8.) sed impossibile est, contraria in se invicem esse connexa. Hoc probat S. Augustinus. Ep. 20. modo 167. ad Hieron. cap. 2. dicens: Aliquando vitium vitio tollitur: ut amore laudis amor peritiam. Aliquando unum codit, ut plura succedant; velut qui ebrius fuerit: si modicum bibierit, & tenuerit, & ambitio nem dederit. Possunt itaque vitia vitiam codere: vitium succedentibus, non vitiosis; & ideo plura sunt. Vitium quoque non unum accessit fuerit, quoniam secum carnis ducit, profecto vitia cedunt omnia.

omnis quæcumque inveniunt. Non enim omnia inveniunt, sed aliquando inveniunt, aliquando plura paucioribus, vel paucioribus plura succedunt. Quibus S. Doct. aperit discrimen inter vitia, & virtutes; cur vitia connexa non sint, bene tamen virtutes. Unde

III. In corpore art. laudari hoc discussu procedit S. Thom. sumpto ex differentia, quæ est inter eum, qui peccat, & eum, qui secundum virtutem operatur. Intentio enim ejus, qui secundum virtutem operatur, tendit ad unum; nempe, ut rationis regulam sequatur, in quod tendit omnis virtus; & propter hoc omnes in una ratione agibilibus, quæ est prudentia, connexæ sunt: intentio vero ejus, qui peccat, non dirigetur ad unum. Esi enim peccando recedat ab eo, quod est secundum rationem; hoc tamen per se non intendit, sed potius ad aliquod appetibile se convertere; quæ cum sint diversa, & nullam invicem connexionem habentia, immo intercedunt contraria, sic, ut peccata nullam connexionem habeant ad invicem. Unde concludit: Non enim peccatum committitur in accedendo a multitudinis ad unitatem; sicut accidit in virtutibus, quæ sunt connexæ: sed potius in recedendo ab unitate ad multitudinem.

IV. Advertendum tamen est, hic non negari, plura peccata inter se connexionem habere; sæpe enim unum disponit ad aliud, & aliquo modo illud causat. Sic ex superbia nascitur invidia; ex gula feurritas, & immunditia, habetudo mentis; ex luxuria caritas mentis, inconsideratio, præcipitatio, & alia, quæ recenset D. Gregorius Hom. 13. in Ezek. & Div. Thom. ad 3. qu. 153. art. 5. Et tandem ex tanti gloriæ oritur fastidia, hypercritis, contentio, pertinacia, discordia, & alia, quæ recenset D. Thom. 2. 2. qu. 162. art. 4. Quapropter solum intendimus, non omnia vitia esse inter se connexa, eo modo, quo inter se connexæ sunt virtutes; & aliqua potius esse invicem opposita.

S. II.

Opposita Rationes.

V. Obijcies primo. S. Jacobus cap. 2. ver. 10. ait: Quicumque non legem servaverit, & offenderit autem in uno factus est omnium reus; ergo qui unum præceptum violat, violat omnia; ergo peccata sunt invicem connexa.

VI. Huic objectioni respondetur, varie exponendo verba S. Jacobi. Primo enim ait S. Thom. hoc art. 1. ad 1. Quod Jacobus loquitur de peccato, non ex parte conversationis, secundum quod peccata distinguuntur; sed ex parte aversionis in quantum scilicet homo peccando recedit a legi mandatis. Omnia autem legi mandata sunt ad unum, & eodem modo ipse ibidem dicit: Et si unus idem Deus consumitur in omni peccato. Ex hoc patet dicit: Qui offendit in uno, factus est omnium reus: quia scilicet unus peccato peccando incurrit poenam ream, & ex hoc, quod contemnit Deum, & ex casus consuetudo proinde omnium peccatorum reus. Unde Apostolica sententia sensus est: eum, qui in uno graviter offendit, esse reum omnium præceptorum; quatenus illum offendit, & quodammodo contemnit, qui omnium præceptorum est auctor, & ab eodem bono, scilicet Deo avertit, & quo avertunt omnia peccata mortalia. Cui expositioni favet Augustinus Epist. 29. modo 167. ad Hieronymum cap. 5. dicens: Ac per hoc qui totam legem servaverit, si in uno offenderit, sit omnium reus; quia contra charitatem facit, unde tota lex pendet. Reus itaque fit omnium, faciendo contra eam, in qua pendens omnia.

VII. Secundo. Respondet idem S. Thomas in 3. dist. 36. qu. 1. art. 5. ad 1. Quod Jacobi dictum intelligitur quantum ad amplius summum bonum, a quo omnia peccata avertiunt: quo amisso, quicquid virtuti deberatur deperit, & omnia virtutum merita inveniuntur.

VIII. Tertio. alter exponit potest, ut ly omnium sumatur collectivè pro lege, quæ est collectio omnium præceptorum, ut sit sensus: quicumque graviter offendit in uno, est transgressor legis, quæ est collectio omnium præceptorum: non vero distributive, ita ut qui offendit in uno, singula legis præcepta violat. Et hæc interpretatio convenit cum eo, quod apud eundem S. Jacobum sequitur ver. 11. Si non machaberis, occides autem, factus es transgressor legis: non utique singulorum præceptorum, sed legis, ut est totum collectivè continentis omnia præcepta.

IX. Obijcies secundo. Peccata mortalia sic se habent ad invicem, ut unum non possit remitti, altero non remisso: invicem est ergo, quod sunt connexa.

X. Respondeo cum D. Thom. 3. par. qu. 86. ad 3. solum sequi, ea esse connexa quantum ad aversionem, non quantum ad conversionem, ex qua sumunt speciem: Peccata (inquit S. Doct.) quamvis non sint connexa quantum ad conversionem ad bonum commutabile: sunt tamen connexa quantum ad aversionem a bono incommutabili, in qua conveniunt omnia peccata mortalia: & ex hac parte habent rationem offensæ, quam oportet per penitentiam tolli.

XI. Sed dices. Sicut omnes virtutes conveniunt in uno principio, quod est amor Dei: ita vitia conveniunt in uno principio, quod est inordinatus amor sui; ergo sicut virtutes sunt connexæ: ita & vitia.

XII. Respondeo cum S. Thoma hæc qu. 73. art. 1. ad 3. discrimen esse: Quod amor Dei est congregativus, in quantum assestum hominis a multis ducit in unum: & ideo virtutes, quæ ex amore Dei causantur, connexionem habent. Sed amor sui disgregat affectum hominis in diversa; prius scilicet homo se amat, appetendo sibi bona temporalia, quæ sunt varia: & diversa: & Groti Theol. Tom. II.

ideo vitia, & peccata, quæ causantur ex amore sui, non sunt connexa. Quæ explicatione non eget.

XIII. Obijcies tertio. Prodigalitas, & avaritia sunt vitia opposita: sed huiusmodi, secundum S. Doctorem qu. præcedente 72. art. 8. ad 3. possunt esse in eodem; ergo ex quo vitia aliqua sint opposita, non convinctur &c.

XIV. Respondeo cum eodem S. Doct. ibi: Quod prodigius est iliberalis per se esse aliquis secundum diversa: ut a scilicet, sit aliquis iliberalis in accipiendo, qua non debet & prodigius in dando, qua non debet. Nihil autem prohibet, contraria invicem se eidem secundum diversa: quia nimirum opponuntur secundum genus, & non secundum speciem. Quod si opponantur secundum speciem, hoc est, si prodigalitas, & avaritia versentur circa idem, non poterunt esse simul.

DUBIUM II.

An omnia Peccata sint Paria?

S. I.

Quam in hoc erraverint.

Peccata omnia esse paria in gravitate, primo dixerunt Stoici, teste S. August. Lib. contra Mendacium cap. 15. Epist. 29. modo 167. ad Hieronymum cap. 2. dicens: Hoc autem de paritate peccatorum sibi Stoici ausi sunt disputare, contra omnem sensum generis humani. Et S. Thomas hæc qu. 73. art. 2. Opinio (inquit) Stoicorum fuit, quam Tullius prosequitur in Paradoxis, quod omnia peccata sunt paria. Et ex hoc etiam derivatus est quorundam hæreticorum error, qui ponentes, omnia peccata esse paria, dicunt etiam, omnes penas inferni esse pares.

II. Inter hæreticos, qui Stoicorum hunc errorem in Ecclesiam intrudere conatus fuit, prior extitit Jovinianus; contra quem scripsit S. Hieronymus libros duos, laudatus propterea a S. August. Epist. 169. citata ad eundem, his verbis: Quam eorum (Stoicorum) vanitatem in Joviniano illo, qui in hac sententia Stoicus erat. De Scripturis Spiritus Sanctus illud dicitur: Jovinianus iste circa finem seculi IV. anno videlicet 381. e Monasterio Mediolanensi egrege variorum errorum auctor: quorum precipuus fuit, quod nuptias virginitati coquebat, celibatu detrahens. Quem errorem a modernis hæreticis excitatum, impugnativimus in Vera Ecclesia, & in Collatione pro celibatu. Alter ejus error fuit, æqualem omnium fore in Cælis remunerationem, & gloriam. Hunc errorem eliminativimus Tom. 1. in 1. par. Tract. de Visione Quæst. 4. Dub. 4. Tertius, hinc consequens, fuit, omnia peccata esse paria. Alios quoque disseminavit errores; nempe, jejunia, & certis cibis abstinentiam nihil prodesse: eos, qui plena fide in Baptismo renati sunt, peccare non posse: & tandem B. V. Mariam in partu mansisse Virginem, negabat. A Siricio tamen in Concilio Romæ coacto, anno 390. Jovinianum cum suis hæresibus damnatus fuit; & a S. Hieronymo, Augustino, aliisque ejus seculi Patribus strenue convictus.

III. Verum quia Jovinianam hæresim, jam incineratam, extumularunt moderni hæretici, Lutherus, Calvinus, Anabaptistæ, eorumque gregales, ut locis citatis ostendimus; maxime agentes de celibatu, & ciborum abstinentia, & de reliquis (suis locis) dante Deo prosequemur: modo unice Jovinianum, & præfatos recedentes hæreticos, tantum quod æquivalentem peccatorum ab ipsis assertam, aggrediamur, Non solum enim omnia peccata esse paria, id est mortalia, asserunt, quod supra rejectimus; sed & inter mortalia ipsa unum esse majus altero, vel apertè insinuantur, vel ex eorum principis aperte deducitur: sicut nec ullum meritum esse majus altero, impie esset Lutherus, dum in Conc. de Nativit. B. Mariæ: Omnes (inquit) Christiani æque magni sumus, sicut Mater Dei, & æque Sancti, sicut ipsa. Contra hos omnes igitur.

S. II.

Catholica Veritas.

IV. Ideo. Non omnia peccata sunt paria, seu æqualis gravitatis; sed unum, etiam inter mortalia, est altero gravius. Prob. primo. Ex Sacris Literis habetur, non omnia peccata æquali poena punienda esse, sed aliqua mitiori, aliqua graviori: Genes. 4. ver. 24. Spiritum ulterius dicitur de Cain, de Lamecho vero spiritus septies: Math. 23. ver. 29. Olivarii Capernatum dicit Christus: Terra Sodomorum venificus est in die iudicii, quam tibi. Si ergo dispar es erant poenæ; disparia sunt peccata. Etenim, ut ait S. Hieron. lib. 4. Diali adv. Pelagianos: Nec ferula dignum vitium, gladio vindicandum est; nec gladio dignum scelus, ferula coercendum.

V. Aliqua item peccata graviora esse aliis, directe exprimitur Jerem. 7. ver. 26. Pojus operari sunt, quam patres vestri. Threorum 4. ver. 6. Major essetis est iniquitas filii populi meo peccato Sodomorum. Lucæ 6. ver. 42. Incerpantur qui videne suffucam in oculo fratris sui, hoc est, peccatum levius; & trabem, hoc est, majus peccatum in oculo suo non considerant. Joan. 19. ver. 11. Christus ait: peccatum proditoris Jude esse gravius peccato Pilati: Qui me tradidit tibi, majus peccatum habet. Et eo pertinent, quæ Math. 23. a ver. 31. dicuntur de differentia peccati in Filium hominis, & peccati in Spiritum Sanctum: nempe, quod illud remittetur, istud nec remittetur, in hoc seculo, nec in futuro. Signum ergo est; Christum judicasse gravius peccatum in Spiritum Sanctum peccato in Filium.

Unde refert Turrecromata lib. 4. Sum. de Ecclesia p. 2. cap. 35. hæreses Cathororum fuisse damnatas, inter quas decima erat hæc: Quæ parvuli non baptizati non levius punirentur æternaliter quam

quam lacrimis, & homicida. Et decima sexta: Quod non plus puniatur Judas proditor, quam infans unius diei.

VI. Prælat audit S. Hieron. lib. 2. contra Iovin. sic argentem: Audebis ne igitur dicere, sic nequisse Petrum, & carere Apostolos, qui fugerunt, quomodo Caiphan, & Pharisæas, & clamantem populum: Crucifige, crucifige, talem? Et, ut de Apostolico tacem, ejusdem ne sibi sceleris videbitur reus Annas, & Caiphas, & Judas proditor, cuius & Pilatus: qui nolens compulsus est, contra Dominum ferre sententiam? Quanto majoris meriti fuit Judas, tanto majoris criminis est, & quanto majoris criminis, tanto majoris & pena. Potentes enim potentes tormenta patientur (Sap. 6. ver. 7.) Eadem veritate indicat Epist. 14. modo 109. ad Calanicam. Et in Cap. 9. Ezechiel. ad illa verba: Iniquitas Domus Israel, & Juda magna est nimis valde, ait: Non solum magna, sed magna nimis. Nec hoc dixisse sufficit, sed repetit, valde: ut pro magnitudine iniquitatis magnitudo supplicii sit. Ex quo discimus, non ut plerique estimant, & maximo Strice, paria esse peccata; sed vel magna, vel parva; & pro qualitate, mensuramque peccantium, diversitatem esse judicii punientis.

VII. Nunc probanda est hæc veritas ratione D. Thomæ hoc art. 3. quæ directè fundamentum contrarium evadit, Scilicet enim, ut ex verbis Tulli percipi potest, consuetudine peccatum ex parte privationis tantum, prout scilicet est necessitas a ratione. Unde simpliciter affirmatur, quod nulla privatio suspensio magis, & minus, posuerunt omnia peccata esse paria; sed falsum est, nullam privationem suscipere magis, & minus; ergo &c. Min. probat D. Thom. sic: Esto privatio simplex, & pura, quæ consistit quasi in corrupto esse, sicut mors est privatio vite, & tenebre sunt privatio lucis, non suscipiant magis, & minus, quia nihil relinquunt de opposito: unde non minus est mortuus aliquis primo die mortis, & tertio, vel quarto, quam post annum: & non magis est tenebrosus domus, si lucerna plurius velaminibus operata sit, quam si uno tantum velamine totum lumine intercludente. Privatio tamen non simplex, quæ consistit potius in corrupti, quia retinet aliquid de habitu opposito; qualis est ægrotudo, quæ privat quidem debita commensuratione humorum, sed aliquid ejus relinquit, alias non remaneret animal vivum; qualis etiam est turpitas, recipere potest magis, & minus: Mulum enim refert ad ægrotudinem, vel turpitudinem, utrum plus, vel minus a debita commensuratione humorum, vel membrorum recidatur; unde unus dicitur magis, vel minus æger, magis, vel minus turpis: atque vicia, & peccata sunt privationes hoc secundo modo: Sic enim in eis privatur debita commensuratio rationis, ut non totaliter ordo rationis tollatur; alioquin malum, si sit integrum, destruit seipsum; ergo potest unus magis ab ordine rationis recedere, & sic gravius peccare; alter minus recedere, & peccare minus graviter; ergo non omnia peccata sunt paria.

VIII. Nec por hoc tamen putes, aliquid bonitatis in actu peccaminoso remanere. Mens enim S. Thomæ solum est, quod quemadmodum ægrotudo, licet totam destruat sanitatem, nihilque ejus in parte ægrotante relinquit; quia tamen relinquit vitam, quæ est radix sanitatis, dicitur privatio in fieri, seu corrupti, capax suscipiens magis, & minus: ita peccatum licet tollat totam bonitatem ab actu; quia tamen totaliter non destruit, sed aliquid relinquit de radicali, & aptitudinali inclinatione ad bonum honestum, ut docet infra qu. 85. art. 2. & Qu. 2. de Malo art. 11. solumque apponit impedimentum, ne peringat ad terminum; ideo est privatio capax suscipiendi magis, & minus. Videatur S. Doctor locis mox citatis.

IX. Confirmantur, & simul explicantur dicta, ex his, quæ docet in 2. dist. 42. qu. 2. art. 5. Est enim ratio bonitatis in indivisibilis sit, & negatio in se non dicitur secundum magis, & minus; tamen quantum ad suam causam intenditur, & remittitur: Sicut dicitur spagis cæcus, cui ex toto erutus est oculus, quamvis uterque cæcus sit. Et per hunc modum etiam iniquitas dicitur secundum magis, & minus, quia distantia ab æqualitate, quæ æqualitatem tollit, potest esse major, & minor: & per hunc etiam modum, secundum majorem, vel minorem distantiam a bonitate, potest actus dici magis, vel minus malus. Et ideo simpliciter concedendum est, unum peccatum alio gravius esse. Ex duplici autem capite hoc contingere posse docet. Uno modo ex parte peccati in se, prout actus discordat a regula rationis. Quare Augustinus dicit, quod peccatum dicitur, in quantum discordat a lege æterna, cuius expressio est ipsa lex naturalis: Quanto igitur aliquis actus manifeste abicit a sine humana vita, tanto in se gravius peccatum est: sine hoc contingit ex materia, circa quam peccatur, seu ex corruptione plurimum, vel paucitatem circumstantiarum. Alio modo ex parte peccantis. Et ex hac parte peccatum est gravius, vel propter majorem contemptum, vel etiam propter majorem libertatem, quorum primum respicit aversionem, & secundum contumaciam peccati. Notat tamen S. Doct. quod ista gravitas ex parte peccantis, acciderat illi peccato; secundum quod in genere suo consideratur; quia illud, quod ex genere suo est levius, potest esse gravius, cum ex majore libertate, vel contemptu sit.

S. II.

Joviniani Fundamentum.

X. AD suum firmatum errore pluribus movebatur Jovinianus. Primo. Quia Matth. 25. ver. 41. & 46. duo distinguuntur genera hominum: unum honorum, qui ad

vitam æternam ingrediuntur; aliud malorum, qui in æternum ignem mittentur, nullo discrimine facto; sint ne alii magis mali, alii minus.

XI. Secundo. Omnium peccatum in inferno una est pena, secundum illud Isaiæ 24. ver. 22. Congregabuntur in congregatione unius factis in lacum, & clauduntur ibi in carcere; ergo etiam una est gravitas peccatorum.

XII. Tertio. Omnia peccata mortalia vocantur crimina, & delicta; ergo omnia sunt paria. Omnia item capacia sunt indulgentiæ.

XIII. Quarto. Genus æqualiter participatur in suis speciebus: sed peccatum est genus ad omnes species peccati; ergo æqualiter participatur &c.

XIV. Quinto. Peccatum mortale est mors animæ: sed mors corporis non admittit magis, & minus, cum omnes sint æqualiter mortui; ergo &c.

XV. Sexto. Nullum infinitum majus est alio infinito: sed quodlibet mortale est infinitum, quia contra bonum infinitum est ergo &c.

XVI. Septimo. Infidus lib. 8. Originum cap. 6. scribit: Quod ille tam necesse est, qui palas finitus fuerit, quam qui aeternum: quod magnum occiderit, quam qui equum.

XVII. Respondetur ad singula. Ad primum dico, Christum voluisse solum distinguere bonos, vita æterna donandos, a malis æterni igni addicendis; non autem distinguere ibi magis bonos a minus bonis, nec magis malos a minus malis; Hoc enim ex aliis Scripturæ textibus colligitur: nempe, unumquemque judicandum, & mercedem recepturum secundum sua merita, Matth. 16. 27. Tunc reddet unicuique secundum opera ejus. 1. ad Cor. 3. ver. 8. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem.

XVIII. Ad secundum dico: Damnatorem unam fore penam, quantum ad substantiam, & durationem; quia omnes, sive parvuli non baptizati, sive adulti in æternum visione Dei privabuntur: adulti autem torquentur igne, æternæque combustionis: non vero fore unam quoad quantitatem, & intensiorem, loquendo de pena sensus; sed gravius igne purpentur, qui gravius peccaverunt. Neque oblat locus Isaiæ allatus: ibi enim, S. Hieronymo teste in didum caput, significatur, omnes, etiam Reges, ac Principes: Qui suum non servaverunt gradum, congregabis Dominus in die judicii, quasi in una falce pariter colligatis, & mites in lacum inferni; ut in illis quoque impleatur, quod de impiis scriptum est: Lacum aperuit, & effudit eum, & incidit in foveam quam fecit. Hoc tamen non tollit, quin ibi iuxta inæqualitatem demeritorum sint penis inæquales visitandi; nam nec ejusdem factis omnia ligna æqualiter ardent, sed prout sunt disposita. Unde D. Thom. Qu. 2. de Malo art. 9. ad 3. In supposito (inquit) damnatorum est aliquid commune omnibus, quod respondet contemptui Dei, puræ, carnisque visibus divinis, & perinde velut pena: Quoties ad hoc dicitur congregari congregatione minus factis. Et etiam aliquid, in quo differunt, secundum quod quidam magis torquentur, quam alii: & quantum ad hoc, Matth. 23. dicitur colligari, sicut Zizaniarum fasciculis ad comburendum.

XIX. Ad tertium respondet S. Augustinus Neotario scribens Epist. 104. alim 154. cap. 4. neg. conf. Nam (inquit) si peccata sunt paria, quia utraque delicta sunt; mure, & est phantasiæ pariter erant, quia utraque sunt animalia; musca, & aquila, quia utraque sunt volatilis. Quod vero omnia capacia sint indulgentiæ, ait idem S. Doctor, est propter abundantiam Dei misericordiam, quæ de seelere immanissimo, atque impio recte poenitentibus Christiano iure debetur; non propter peccatorum paritatem.

XX. Ad quartum dico, quod genus ita æqualiter participatur in suis speciebus, ut omnes æqualiter habeant rationem generis; non sic tamen, ut omnes in perfectione specificæ sint æquales, cum species sint sicut numeri. Unde D. Thom. Qu. 2. de Malo art. 9. ad 16. Omnia (inquit) animalia sunt æqualiter animalia; non tamen sunt æqualia animalia, sed unum animal est altero majus, & perfectius: & similiter non oportet, quod omnia peccata propter hoc sint paria.

XXI. Ad quintum respondet D. Thom. citato loco ad 2. dist. maj. Est mors animæ casualiter, conc. maj. essentialiter, nego maj. Mors animæ (inquit) est privatio gratiæ, per quam anima Deo unibatur; privatio autem gratiæ non est essentialiter ipsa culpa, sed effectus culpæ, & pena: non supra dictum est. Unde peccatum dicitur mors animæ, non essentialiter, sed effectively; essentialiter vero peccatum est actus deformis, vel inordinatus.

XXII. Ad sextum respondet idem S. Doct. laudato loco ad 5. Quod a bono infirmiter aliquis avertitur, actu finis: & ideo peccatum essentialiter finitum est, licet habeat aliquam habitudinem ad bonum infinitum. Ubi loquitur de peccato ratione malitiae, & quantum est malum hominis; non de eodem in ratione offensis, & quantum suo modo est malum Dei. Sic enim est infinitum, in genere morali offensa, suo loco offendimus. Neque tamen inferas, omnia peccata, saltem in genere offensa, quia infinita, esse equalia. Nego enim illud, quod enim unum infinitum non possit esse majus altero, intelligi debet de infinito pro essentiali. In genere autem, & omnibus modis; non de infinito in genere determinato, quale est peccatum; quo Deus quidem offenditur, sed non omnibus modis. Vel dicitur, gravitatem offensa non solum sumi a persona læta, sed ab objecto, intentione actus, & circumstantiis: quare ob hoc ex parte persone læte offensa in omnibus peccatis mortalibus æqualis sit; quæ tamen ex aliis enumeratis capitibus sumitur, inæqualis esse potest. Sed de his suo loco. Interim audiatur D. Thom. Qu. 2. de Malo art. 9. ad 11.

ad 11. dicens: Quod omnibus peccatis mortalibus oportuit subverti per mortem; Quod aliqui propter gravitatem, quam habent ex contemptu boni infirmiter. Sed tamen nihil prohibet quod per unum peccatum magis contemnatur Deus, quam per aliud.

XXIII. Ad septimum respondetur, veritas illud, ubi non in propria, sed in Stoicorum sententia loqui; ait enim: Omne peccatum uniformiter esse asserunt, dicens: Ille tam nocens erit &c. Quænam autem fuerit illorum sententia, ex lib. 2. Senec. colligi poterit, ubi Cap. 17. scribit: Quod gravius est infirmiter, quam ignorans quemquam delinqueret; graviusque industrius, quam infirmiter peccare. Et Cap. 18. agnovit gravia, & levia peccata, dicens: Non solum gravia, sed & levia sunt cavenda peccata.

S. IV.

An etiam peccata contra Jus Postivum sint Inæqualia.

XXIV. Hæcenus procedere visa est resolutio de peccatis ex natura malis, & ideo prohibitis: Nunc dicuntur dimittat mala, quia lege aliqua positiva prohibita, specialiter videtur infirmiter difficultas; quam auger variis loquendi modis, qui deprehenditur apud D. Th. variis in locis.

XXV. Nihilominus existimo, & menti S. Doctoris, & veritati conformis, resolutionem præsentem habere loquem etiam in his, quæ jure dimittat positivo prohibentur, & vocari solent mala, quia prohibita. Tum quia hoc Aristoteles generaliter resolvit, non omnia peccata esse paria; nullam distinctionem fecit enim, quæ fuit contra legem naturalem, & eorum, quæ sunt contra legem positivam. Immo 2. 2. qu. 105. art. 2. determinat, inobediendum etiam illam, quæ est contra idem præceptum hominis, quandoque esse majus, quandoque esse minus peccatum, secundum quod magis, vel minus elongatur a fine præcipitantis: aut majores, vel minoris dignitatis sit Superior, cujus præceptum violatione contemnitur. Rursus qu. 103. art. 4. docet, peccatum Hebræ, etiam ea ratione, quæ erat contra præceptum positivum de non gustando fructum vetium, fuisse gravius peccato Adami. Gravius insuper peccatum videtur, qui sine licentia, & necessitate comedit carnes in Quadragesima, quam qui comedit hæcilia: qui celebrat sine vestibus, & vasis sacris, & in loco non sacro, quam qui solum sine lumine celebrat. Et ratio esse potest: quia que sunt jure positivo tantum prohibita, contrariatur virtuti diversis virtutibus; nam jejuniū violatur, contrariatur virtuti abstinentiæ; laborare in die festo ab Ecclesiæ præcepto, celebrare sine vestibus, & vasis sacris, virtuti Religionis; peccata autem, quæ diversis specie virtutibus contrariantur, diversa peccata sunt; species autem, se habent sicut numeri, qui inæquales sunt.

XXVI. Accedit: quod etiam in his invenitur obiectum, quod postquam est prohibitum, majus aut minus malum est, secundum materiam qualitatem, & quantitatem majorem, & minorem: gravius enim peccaret, qui die jejunii carnes, & ova manducaret, aut tres, vel quatuor refectioes sumeret; quam qui unum tantum ovum comederet; & Sacerdos, qui totum officium prætermitteret, quam qui unam tantum horam præterea; infirmitas, aut malitia peccantis; & conditio personæ, tum ejus, qui peccat: tum ejus, in quam peccatur, disparitate peccati inducere potest.

XXVII. Advertendum tamen censeo, aliter contingere inæqualitatem in peccatis, jure naturæ prohibitis; ac in prohibitis jure dimittat positivo. Nam illa, cum sint de obiecto simpliciter naturæ, & semper malo, quo magis elongantur a præcepto, semper graviora sunt: quia magis semper, ex parte actus elongantur a rationis regula. A ista, quia non sunt de obiecto ex se natura malo, sed scilicet malo ex voluntate præcipitantis, majorem, vel minorem gravitatem accipiunt; non ex eo præcisè, quod magis elongantur a præcepto, sed a fine, & intentione præcipitantis, quo major sit persona, cujus præceptum violatur; & quo major sit peccantis contemptus, vel libido.

XXVIII. Hac via conciliari posse crederem S. Th. dicti, qui in uno loco videtur admittere inæqualitatem in peccatis contra præcepta positiva; & in alio videtur negare. Hoc autem deduco ex his, quæ docet in 2. Contra Gentes c. 159. ubi postquam docuit, quod in his, quorum perfectio, & bonum in quadam commensuratione consistit, ut bonum sanctitatis in commensuratione humorum, bonum pulchritudinis in proportione partium, & veritas in commensuratione intellectus, vel sermonis ad rem; quanto magis a tali commensuratione receditur, tanto gravius deficitur: unde Quanto major est inæqualitas in humeribus, tanto est major infirmitas; & quanto est major inordinatio in membris, tanto est major turpitudine; & quanto magis a veritate recedatur, tanto est major falsitas: non enim est tam magna falsitas estimantis veritatem esse quingens, sicut ejus, qui estimat veritatem esse centum. Transiens autem ad transgressionem præcepti positivi, puta Judicialis præcipitantis, ne quis transgredatur tales terminos, ait: Non est autem simile virtutum transgredi, & veritas a iudice positive transgredi. Nam virtus est secundum se bonum; unde virtutem transgredi est secundum se malum. Et ideo oportet, quod magis a virtute recedatur, se magis malum. Transgredi autem terminum a iudice positum, non est secundum se malum; sed per accidens, in quantum scilicet est prohibitum.

XXIX. Ex obiecto igitur, secundum se, non debet sumi inæqualitas peccati; quia non est secundum se malum. Verum quia est malum, quatenus prohibitum; quanto magis a fine, & intentione præcipitantis elongatur, tanto gravius

peccat. Unde Qu. 2. de Malo art. 9. ad 4. ubi postquam dixit, quod qui transgreditur lineam sibi a iudice præscriptam, quia non se continet infra terminum sibi præscriptum, peccat peccato omissionis, subdit: Si autem peccaretur in dirigi, quod non approbatur, manifestum est, quod quanto plus ambulando præcederet, tanto gravius puniretur; quia plus elongaretur a fine præcipitantis.

XXX. Quod vero ex parte peccantis possit gravius frangi præceptum positivum, docet in 2. dist. 42. qu. 2. art. 6. ad 3. his verbis: Aliquid est in se malum, & aliquid malum est tantum, quia prohibitur. In illis ergo, quæ sunt mala, quia prohibentur tantum, non differe utrum parum, vel multum a præcepto elongetur, ex parte istius actus: quantum differat ex parte agentis, secundum quod majorem, vel minorem contemptum potest facere. Ius ratio est, quia in his non tanta malitia est ex hoc, quod non ferunt præceptum; & ita ratio loquitur: est in eo, quod infirmiter est peccatum; & ideo sibi tollitur, nisi bonitatis maneat. Vult ergo D. Th. in peccatis contra jus positivum non esse inæqualitatem, si attendatur solum jus positivum; non vero si attendantur alia causa, & circumstantiæ, de quibus infra.

D U A T U M III.

Unde sumatur Inæqualitas Peccatorum.

S. I.

An sumatur ex Obiecto?

Dico. Gravitas peccatorum variatur secundum obiecta; Ita S. Thom. qu. 75. art. 3. Et probat sic. Gravitas peccatorum ex eo proportionaliter differre debet, ex quo una ægrotudo corporis est gravior altera: sed tanto gravius est ægrotudo, quanto deordinatio est in altiori principio: Sicut ægrotudo, quæ provenit in corpore humano est cordis, quod est principium vite, vel ex aliquo, quod appropinquat cordi, periculosior est; ergo etiam peccatum, quod circa nobilissimum principium vite moralis inordinatè se habet, gravius erit. At qui obiectum actus humani, cum simul habeat rationem finis, est principium actus moralis; quanto igitur contra nobilissimum obiectum agitur, tanto per se loquendo peccatum est gravius. Dico per se. Negandum enim non est, peccatum ex sui specie, & obiecto gravius, ex imperfectione, & de-indeliberatione actus, vel alia circumstantia, esse hic, & nunc levius. Sic odium proximi, & Dei, etiam infirgens ex subreptione, & indeliberatione, est veniale: similiter detractio, & furium in materia levi.

II. Ex hac doctrina inferet D. Th. quod quia: Rei exterioræ creduntur ad hominem, sicut ad finem, homo autem ordinatur ultioris in Deum, sicut in finem. Peccatum, quod est circa ipsam substantiam hominis, sicut homicidium, est gravius peccato, quod est circa rei exterioræ, sicut furium: & adhuc est gravius peccatum, quod immolat contra Deum committitur, sicut infidelitas, blasphemia, & injuriæ. Ex id est, quod quilibet horum peccatorum unum peccatum est gravius altero, secundum quod est circa aliquid principalius, vel minus principale.

S. II.

An Gravitas Peccatorum pendet ex Dignitate Virtutum, quibus opponuntur.

Dico. Hoc agit D. Th. hoc art. 4. ubi supponit, quod virtuti aliquod peccatum opponitur dupliciter. Uno modo principaliter, & directè; quando scilicet peccatum, & virtus versantur circa idem obiectum; quia contraria sunt circa idem. Alio modo quasi indirectè, secundum quamdam extensionem virtutis cohærentis peccatum. Quanto enim fuerit virtus major, tanto magis elongat hominem a peccato: ita quod non solum ipsum peccatum, sed etiam inducentia ad peccatum cedebat. Cum eod. art. 6. Et IV. Dico primo. Peccatum, quod principaliter, & directè opponitur virtuti præstantiori, est illis gravius; & proinde gravitas peccatorum pendit ex dignitate virtutis, cui directè, & immediate opponitur. Prob. Peccatum, quod opponitur directè virtuti nobiliori, opponitur quoad obiectum nobiliori, a quodlibet speciem, & nobilitatem famis; sed ab obiecto, quo virtus accipit suam dignitatem, peccatum illi contrariatur accipit suam gravitatem: unde a Deo, a quo amor Dei accipit dignitatem, & præstantiam super actus omnium virtutum; odium Dei, quod est et directè contrarium, accipit gravitatem super omnia peccata; ergo &c. Quomobrem concludit S. Doct. Oportet, quasi maxima virtuti directè contrariatur maximum peccatum, quod maxime ab eodem distans in eodem genere. Ex quo sequitur, peccata, quæ opponuntur virtutibus, quæ sunt circa Deum, quales sunt Theologicæ, religio, & poenitentia, esse omnium gravissima.

V. Adverte tamen: quod ut peccatum ex oppositione cum virtute præstantissima evadat gravissimum, debet et opponi directè secundum obiectum, & actum ejus primum; non vero solum quoad obiectum, & actum secundarium. Quare odium proximi, quia non contrariatur charitati, ut tendit in obiectum primum, nempe Deum; sed ut fertur in obiectum secundarium, nempe proximum; non est peccatum gravissimum, neque gravius infidelitate, vel desperatione; quamvis charitas præstantior sit fide, & spe. Ut enim ait D. Thom. hoc art. 4. ad 3. Charitas non est quicquidius amor; sed amor Dei. Unde non opponitur ei quodlibetque actus directè, sed odium Dei, quod est contrarium peccatum. Et 2. 2. qu. 39. art. 2. ubi docet, quod schisma, licet opponatur charitati, est minus.

minus peccatum, quam infidelitas: ad 3. etc. Quod charitas habet duo objecta: unum principale, scilicet bonitatem divinam; & aliud secundarium, scilicet bonum proximi. Sed infidelitas, & alia peccata, quae sunt in peccatum, opponuntur charitati quantum ad secundarium bonum, quod est minus, quam objectum fidei, quod est Deus: & ideo ista peccata sunt minus, quam infidelitas: sed eadem Dei, quod opponitur charitati quantum ad principale objectum, non est minus. Tamen inter peccata, quae sunt in peccatum, peccatum schismatis videtur esse maximum, quia est contra spirituale bonum multitudinis.

VI. Adverte secundo, quod peccatum oppositum inferiori virtuti, si includat etiam oppositionem cum superiori virtuti, est peius superius peccatum, quod majori virtuti opponitur. Quapropter adulterium gravius peccatum est, quam furtum: quia licet castitas, cui opponitur adulterium, sit virtus inferiori iustitia, cui opponitur furtum; in adulterio tamen simul cum oppositione ad castitatem clauditur oppositio ad iustitiam.

VII. Adverte tertio: peccatum veniale quamvis nobiliori virtuti opponatur, non esse censendum gravius peccato mortali: virtuti minus nobili opposito. Quia cum Div. Thomas comparat peccata inter se, & docet, ea esse majora, quae nobiliori virtuti opponuntur; loquitur, supposito, quod eodem modo procedant. Cum autem peccatum mortale, & veniale diverso modo procedant: nam mortale ponit inordinationem circa finem, veniale vero solum circa media: quamvis peccatum veniale contrarietur nobiliori virtuti, non ideo erit gravius mortali. Sicut opinio, quamvis sit de nobiliori objecto, non propterea erit nobilior scientia: quamvis haec circa inferius objectum versetur.

VIII. Dico secundo. Gravia peccatorum non pensatur ex dignitate virtutis, cui indirecte solum, & per quamdam extensionem opponuntur. Et ratio est ex S. Thom. Nam quanto aliqua virtus fuerit major, tanto etiam minus peccata eorum: sicut etiam sanctorum, quanto fuerit major, tanto etiam minus peccata sanctorum asseruntur accidere. Unde virtus praestantissima non solum opponitur illi peccato, quod ipsi directe est contrarium: sed etiam, ut patet effectus, opponitur aliis vicioribus, quae ad illud disponunt.

§. III.

An Peccata Carnalia sint minoris Culpa, quam Spirituality?

IX. Peccata spiritualia, ut docet D. Th. procedunt q. 72. art. 2. Ea dicuntur, quae perficiuntur in delectatione spirituali, ut superbia; ea vero, quae perficiuntur in delectatione carnali, vocantur peccata carnalia: sicut gula, quae perficitur in delectatione ciborum, & luxuria, quae perficitur in delectatione venerorum. Unde & Apostolus dicit 2. ad Cor. 7. Emundemur non ab omni inquinamento carnis, & spiritus.

X. Dico cum S. Doct. hac q. 73. art. 5. Peccata spiritualia sunt maioris culpa, quam peccata carnalia. Adde tamen: Quod non est sit inordinatum, quasi quolibet peccatum spirituale sit maioris culpa quolibet peccato carnali: sed quia considerata hac sola differentia spiritualitatis, & carnalitatis, gravius sunt, quam caetera peccata, caeteris paribus. Prior pars probatur a S. Doctore primo. Quia peccata spiritualia pertinent ad spiritum, cuius est converti ad Deum, & a Deo averti, idcirco plus habent de aversione, ex qua procedit ratio culpe: peccata vero carnalia consummantur in delectatione carnalis appetitus, ad quem principaliter pertinet ad bonum corporale converti; & ideo minus habent de aversione, ergo maioris gravitatis est peccatum spirituale, quam carnale. — Secundo. Quia carnalia directe offendunt solum corpus proprium: spiritualia vero Deum, & proximum: qui secundum ordinem charitatis magis diligendi sunt, quam corpus proprium. — Tertio. Quia quanto magis est impulsus ad peccandum, tanto minus peccat, si impellitur: sed ad peccata carnalia homo habet majus impulsivum, propter concupiscentiam, quam ad spiritualia; ergo &c.

XI. Secunda pars probatur. Quia peccatum carnale potest tunc circumstantia vestiri, ut in gravitatem superet peccatum spirituale. Quia ratio peccatum adulterii gravius est furto; quia adulterium esse per se pertinet ad luxuriam, quae est peccatum carnale, furtum vero ad avaritiam, quae est peccatum spirituale, cum tamen continet iniquitatem, & avaritiam, & eo majorem, quo homini charior est uxore, quam res possessa; ideo gravius est adulterium, quam furtum. Ita D. Th. hac art. 5. ad 1.

XII. Duo tamen observanda proponit. Unum ex Gregorio lib. 33. Moral. c. 11. Nempe, quod peccata carnalia, esto sint minoris culpe, sunt tamen maioris infamiae, quam spiritualia: cum enim sint circa delectationes communes cum brutis, hominem magis depriment infra suam nobilitatem. Et ratio est: quia minus participant de ratione, secundum quam elevatur homo supra bruta; ideoque peccata concupiscentibus sunt turpiora: peccata vero irascibilis, in quibus magis participatur de ratione, peccata vero irascibilis, in quibus magis irascibilis tenacia, & maioris adhesionis, quam spiritualia; a quibus difficilius eripi potest, qui se illis inquinavit. Ita S. Doct. hac art. 5. ad 3. & ad 2.

XXI. Neque inferas, hinc sequi gravius fore peccatum homini inducentis mulierem ad fornicandum, quam peccatum homi-

§. IV.

An Gravia Peccata attendantur secundum Causam?

XIII. Causa peccati (inquit S. Th. hic art. 6.) potest accipi duplex. Una, quae est per se, & propria causa peccati, quae est ipsa voluntas peccandi: comparatur enim ad alium peccatum, sicut arbor ad fructum. . . . Quod si sub concupiscentia involuntaria fuerit major, tanto peccatum erit gravius. Quoniam enim voluntas fuerit major ad peccandum, tanto homo gravius peccat. Propterea dicit ibi ad 2. Quod si sub concupiscentia involuntaria fuerit major, tanto peccatum erit gravius. Quoniam enim voluntas fuerit major ad peccandum, tanto homo gravius peccat. Propterea dicit ibi ad 2. Quod si sub concupiscentia involuntaria fuerit major, tanto peccatum erit gravius. Quoniam enim voluntas fuerit major ad peccandum, tanto homo gravius peccat.

XIV. Alia vero causa peccati (prosequitur S. Doct. hic in corp.) accipitur quasi extrinseca, & remota: & in hisce causis est distinguendum. Quaedam enim horum inducunt voluntatem ad peccandum, secundum ipsam naturam voluntatis, sicut fomes, quod est proprium objectum voluntatis: & ex tali causa augetur peccatum. Gravius enim peccat, cuius voluntas ex intentione peioris finis inclinatur ad peccandum. Alia vero causa sunt, quae inclinatur voluntatem ad peccandum, praeter naturam, & ordinem ipsius voluntatis, quae nata est moveri libero ex seipsa secundum iudicium rationis. Unde causa, quae diminuit iudicium rationis, sicut ignorantia, vel quae diminuit liberum motum voluntatis, sicut infirmitas, vel violentia, aut metus, aut aliquid huiusmodi, diminuit peccatum, sicut & diminuit voluntatem in tantum, quod si alius sit opinio involuntaria, non habet rationem peccati. Haec D. Th. adeo clare, ut nihil addere pro explanatione opus sit.

§. V.

An circumstantia aggravat Peccatum?

XV. Dico cum S. Thom. hac q. 73. art. 7. Peccatum aggravari potest per circumstantiam. Unumquodque enim natum est augeri per id, ex quo causatur: sed per circumstantiam, non sicut oportuit observare, causari potest peccatum; sic enim receditur ab ordine rationis, ergo &c.

XVI. Observat tamen quod circumstantia potest aggravare peccatum tripliciter: Uno quidem modo, in quantum circumstantia transferit in aliud genus peccati: sicut peccatum fornicationis, consistit in hoc, quod homo accedit ad non suam, & a se accedat ad alterum, ut in quantum homo usurpat non alterius. Et secundum hoc adulterium est gravius peccatum, quam fornicatio.

XVII. Aliquando vero circumstantia non aggravat peccatum, quia sit trahens in aliud genus peccati: sed solum quia multiplicat rationem peccati: sicut si prodigius det, quando non debet, & cui non debet, multiplicat peccatum eodem genere peccati, quam si solum det, cui non debet; & ex hoc ipso peccatum sit gravius: sicut etiam agendum est gravius, quia plures partes corporis infectis. . . .

XVIII. Tertio modo circumstantia aggravat peccatum ex eo, quod auget informitatem provenientem ex alia circumstantia: sicut accipere alienum confisium peccatum furis; si autem addatur haec circumstantia, ut multum accipiat de alieno, erit peccatum gravius; quoniam accipere multum, vel parum de se non dicitur rationem boni vel mali. Plura de circumstantiis diximus supra de Actuum Humanorum Moralitate & 3. Dub. 3. §. 2.

§. VI.

An Gravia peccata auferantur secundum majus Nocumentum?

XIX. Tripliciter (inquit S. Thom. hac art. 8.) nocumentum se habere potest ad peccatum: Quoniam enim nocumentum, quod provenit ex peccato, est praevium, & intentum: sicut cum aliquis aliquid operatur animo nocendi alteri, ut homicidium, vel fur. Et tunc (dicit S. Doct.) directe quaedam nocumentum auferat gravitatem peccati. Et rationem dat: quia tunc nocumentum est per se objectum voluntatis ejus, qui peccat. Distinguitur autem praevium, & intentum: quod intentum dicitur id, quod homo per se, & directe appetit: praevium vero generaliter dicitur id, quod quisquam praevidet; sive interim directe illud appetat, sive solum indirecte, & interpretative: quia semper, aut plerumque conjunctionem ei, quod directe appetit, licet ipsum non directe appetat, sed potius opter non evenire. Hinc profertur S. Doct.

XX. Quandoque autem nocumentum est praevium, sed non intentum: sicut cum aliquis transiret per agrum, ut componendissimam vadat ad fornicandum inferre nocumentum his, quae sunt sancta in agro sitienter, licet non animo nocendi. Et de hoc dicit: Et sic etiam quaedam nocumentum auferat peccatum, sed indirecte. Et rationem dat: quia scilicet, ex voluntate multum inclinata ad peccandum procedit, quod aliquis non praevidet facere damnum sibi, vel alii, quod simpliciter non vult.

XXI. Neque inferas, hinc sequi gravius fore peccatum homini inducentis mulierem ad fornicandum, quam peccatum homi-

miciili: quia inducens mulierem ad fornicandum, quantum est de se, eam privat vite gratia, quod est majus nocumentum, quam privare hominem vita naturali, quod fuit homicidium.

Nam, ut respondet D. Th. hac a. 8. ad 3. hoc non sequitur propter duo. Primo quidem: quia homicidium intendit directe nocumentum praevium, fornicator autem, qui provocat mulierem, non intendit nocumentum, sed delectationem. Secundo: quia homicidium est per se, & sufficiens causa corporalis mortis; spiritualis autem mortis nullus potest esse alteri causa per se, & sufficiens; quia nullus spiritualiter moritur, nisi propria voluntate peccando. Quemadmodum enim infra q. 75. a. 3. & sequenti 22. q. 43. a. 1. ad 3. Nihil potest homini esse sufficiens causa peccati, quod est spiritualis ruina, nisi propria voluntas: & ideo alia, vel facta, vel concupiscentia alterius hominis possunt esse solum causa imperfecta, alicuique alterius ad ruinam. Si tamen quis induceret mulierem ad fornicandum eo animo, ut ei vitam spirituales aufereret, potestque aeternae obnoxium redderet; tunc gravius peccaret, quam si eam corporaliter occideret: quia mors ejus spiritualis, quae est peior, quam corporalis, esset per se, & directe volita.

XXII. Neque inferas secundo, quod mulier praevidentem, se turpiter amandam, si amatu culto, & acerrimo incedat, gravius peccet. Nam si Christiana modestie limites non praetergreditur, nec aliquid mali intendit, non peccat: quia talis oratio honesta, & moderata, nec de se causat, nec causare potest aliquid spirituales ruinam; sed ex sola malitia ejus, qui illam impudice aspicit, oritur malum: unde non est occasio data, sed accepta, propter quam non tenetur iure suo se privare: si tamen nihil mali intendat. Et sequitur Apostoli monitum 1. ad Timoth. 6. v. 9. Mulieres in habitibus ornate cum venerandis, & sobrietate ornantes se, & non in turpibus crinibus.

XXIII. Tertio (inquit S. Doct.) nocumentum nec est intentum, nec praevium: Et tunc, si per accidens se habent ad peccatum, non aggravat peccatum directe: sed propter negligentiam considerandi nocumentum, quae consuevit peior; imputatur homini ad peccatum malum, quae eveniunt praeter ejus intentionem, si dabit operam rei illicite. Et hoc, ob negligentiam, trahit ad quantitatem negligentiae creatae quoniam poena, & culpae. Quod si omnia absierit negligentia, & nocumentum ita per accidens sequatur ex peccato, ut nec praevium fuerit, nec intentum, nec etiam praevideri poterit, vel debuerit: nihil additur ad culpam, & poenam in foro interno: quamvis forte in foro externo fieri, et imputari possit.

XXIV. Si vero nocumentum per se sequatur ex actu peccati, licet non sit intentum, nec praevium, tamen peccatum aggravat. Et ratio est: Quia quicumque per se consequatur ad peccatum, feriens quodammodo ad ipsum peccati finem, puta si aliquis publice fornicator, sequitur scandalum plurimum; quod quomvis ipse non intendat, nec fore praevideat, directe per hoc aggravatur peccatum.

XXV. Tandem concludit S. D. Quod si agatur de nocumento poenali, quod incurrit is, qui peccat, & tale nocumentum per accidens se habent ad actum peccati; & non sit praevium, nec intentum, non aggravat peccatum, neque sequitur maiorem gravitatem peccati: sicut si aliquis turrens ad occidendum, impingat, & ledat sibi pedem. — Si vero tale nocumentum per se consequatur ad actum peccati, & non sit praevium, nec intentum, est indicium levioris peccati: si vero fuerit praevium, est indicium majoris peccati. Unde Fidelis sciens poenas Inferni paratas esse peccatoribus, gravius peccatum committit voluntarie peccando; & proinde gravius punietur, quam Infidelis, qui de istis poenis nihil novit: Sicut contingit circa Hiletem, qui ex hoc ipso videtur peccare gravius, quod majorem poenam contemnit, ut implet voluntatem peccati: sed gravius spiritus nocumentum solum causatur ex gravitate peccati. Ita S. Thom.

§. VII.

An Magnitudo Personae, in quam peccatur, & Persona, quae peccat, aggravat Peccatum?

XXVI. De hoc agit S. Doct. a. 8. & 10. Primum resolvit, docendo, peccatum aggravari secundum conditionem personae, in quam peccatur: ita ut illud peccatum tanto sit gravius, quanto major est persona, quae offenditur. Quia Persona, quae offenditur, est quodammodo objectum peccati: gravitatem autem peccati ex objecto attendi, supra ostensum est.

XXVII. Porro persona, in quam peccati potest, est triplex: nimirum Deus, nos ipsi, & proximus. Quiddam enim facimus, propter aliquod horum facimus; quomvis etiam horum tertium unum sub altero ordinetur. Ratione ergo primi non solum gravius est peccatum, quod directe in Deum committitur, sed etiam tanto gravius est peccatum illud, quanto persona, in quam peccatur est Deo conjunctior: sive ratione sanctitatis, ut iusti, sive ratione consecrationis, officii, ut Sacerdotes: Et ideo injuria tali personae alicui magis redundat in Deum, secundum illud Zach. 2. Qui vos tergerit, tergit pupillam oculi mei. — Ratione secundi. Tanto aliquis gravius peccat, quanto aliquis magis in conjunctionem personam, sive naturalem necessitudinis, seu beneficium, seu quocumque conjunctionem peccaverit; ideoque magis peccat, dum in seipsum peccat, deinde dum in personam ipsi magis conjunctam: quia sic videtur magis peccare in se ipsum, & ordinem charitatis violare. — Ratione autem tertii: Tanto gravius peccatur, quan-

to peccatum minus cogit. Et ideo peccatum, quod fit in Persona nato publico, puta Regem, vel Principem, qui gerit personam sociis multitudinis, est gravius, quam peccatum, quod committitur contra unam personam privatum. Unde specialiter dicitur Exodi 21. Principi populi tui non maledices: Et similiter injuria, quae fit alicui famulo persona, videtur esse gravius ex hoc, quod in scandalum, & in turbationem multorum redundat. Haec D. Th. hac q. 73. a. 9.

XXVIII. Advertendum tamen censet primo. Quod dum S. Doct. dicit: Quod Persona in quam peccatur, est quodammodo objectum peccati: non intendit, personam esse purum terminum, & extrinsecum comparari ad peccatum in esse mortalis offensae: sed esse objectum, seu formam intrinsecam in eodem tali gravitatem offensam. Utendum per peccatum mortale infinite gravitate offensam, quia Deus est dignitatis infinite.

XXIX. Secundo. Advertendum puto, quod habenda est ratio qualitatis non solum personae, in quam peccatur, sed etiam peccati, quod committitur. Quaedam enim sunt peccata, quae per se loquendo, non aggravantur ex conditione personae, in quam committuntur; eo quod ad ea conditio personae fit impertinens. Eiusmodi sunt furta, quae ejusdem gravitatis sunt, sive quis furetur nobili, sive ignobili, sive Clerico, sive laico, sive magno, sive parvo: nisi forte per accidens, veluti si furtipiendo pauperi, majus nocumentum ei inferat, vel furtipiendo Principi, magno damno esset communitus. Nam in hoc casu gravius esset furari pauperem, quam diviti, Principi, quam privato. — Sicut etiam quaedam conditiones personae, quae respectu aliquorum peccatorum sunt aggravantes, respectu vero aliorum non sunt. Nam conditio Personae constantiae augere peccatum luxuriae cum ea, vel in eam committit: non tamen auget prodigalitatis, quo quis in eam suam bonam prodigit. Similiter paupertas personae aggravat peccatum misericordiae: quae gravius foret in pauperem, quam in divitem; non tamen aggravat peccatum irreverentiae, aut inhonorationis: cum non majus peccatum fit, inhonorare pauperem, quam divitem, ceteris paribus.

XXX. Advertendum censet tertio cum S. Thom. hac a. 9. ad 2. Quod licet Nocumentum, quod quis sibi ipsi inferat in his, quae subsunt dominio propria voluntatis, sicut in rebus possessis, habeat minus de peccato, quam si alteri inferatur, quia propria voluntate hoc agit: tamen in his, quae non subsunt dominio voluntatis, sicut sunt naturae, & spiritualia bona, est gravius peccatum, nocumentum sibi inferre, quam alteri inferre, qui occidit seipsum, quam qui occidit alterum. Nullo autem fine, etiam bono, licitum esse occidere seipsum, ostendimus supra Quaest. de Act. human. moralit. D. 7. S. 3.

XXXI. Secundum resolvit S. D. a. 10. dicendo: Quod duplex est peccatum. Quoddam est ex subreptione proveniens propter infirmitatem humanae naturae: & tale peccatum minus imputatur ei, qui est major in virtute. Et quod minus negligit huiusmodi peccata reprimere, qui tamen omnino subreptione infirmitatis humanae non sint.

XXXII. Alia vero peccata sunt ex deliberatione procedentia. Et ista peccata tanto magis alicui imputantur, quanto major est. Et hoc potest esse propter quatuor. Primo quidem. Quia facilius possunt resistere peccato majores, puta qui excedunt in scientia, & virtute. Unde Damiani dicit Luca 12. quod servus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis. Secundo. Propter ingratitude: quia omne bonum, quo aliquid magnificatur, est Dei beneficium, cui homo fit ingratus peccando. Et quantum ad hoc quilibet majoris, etiam in temporalibus bonis, peccatum aggravat secundum illud Sap. 6. Potentes potenter tormenta patientur. Tertio. Propter speciem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem personae: sicut si Princeps justitiam violat, qui ponitur iustitiae custodia: & si Sacerdos fornicatur, qui castitatem servat. Quarto. Propter exemplum, seu scandalum. Quia ut Gregorius dicit in Pastoralis (p. 1. c. 2.) In exemplum culpa vehementer extenditur, quando reverentia gradus peccator honoratur: Ad plurimum etiam nostrum periculum peccata Magnorum, & magis homines ad imitandum ferunt. Haec D. Th. Ex quibus, sicut & ex antedictis, regulae pro dignoscenda peccatorum gravitate confici poterunt.

Q U A E S T I O V.

De Subiectis peccatorum.

Essentiam, distinctionem, & comparationem peccatorum ad invicem, eorumque inaequalitatem in gravitate, & malitia examinavimus. Nunc cum D. Th. hac 1. 2. q. 74. de eodem subjecto quaestionem instituerimus, in quibus, nempe, potentis intrinsecae resident, eis inueniendo.

D U B I U M I.

An non solum in Voluntate, sed etiam in aliis Potentiis, a Voluntate motis, sit formaliter, & intrinsece Peccatum?

§. I.

Primitivus Causa.

i. Certum primo est ex D. Th. art. 1. voluntatem esse subiectum peccati. Nam peccatum per actum immanentem, perficitur, nempe, per appetere, & cognoscere: sed actus immanentes, ut distincti ab actibus transcendentibus in